

libros, cruce vel reliquiarum (addo lapillos Foyenses) occulte emat, ut carius vendat, quia hoc non videtur gravis indecencia, quod idem docet Turrianus & Fillius, nec improbat Lugo.

282. Q UÆRITUR 2. An negotiatio[n]is prohibitiō comprehendat etiam Clericos nequidem quidem Sacris initiatos, sed tamen habentibus Beneficiū sufficiens ad sustentatiō[n]em. Negant aliqui. Sed communis sententia affirmat, & merito. Nam de his procedit[ur] ratio Conciliorum & Pontificum, quia tenet ad obsequia Ecclesie prastanda, ad horas Canonicas recitandas, &c. Quos proinde dederit specialiter inhibere lucro per merces comparatas, eas carius vendendo.

283. Q UÆRITUR 3. An sit negotiatio[n]is prohibitiō, emere pecora, quae deinde in suis pacuis alant, edent, & saginata vendant. R. Negativē, tum quia res empta mutatur, tum quia hoc in effectu aliud non est, quam vendere sua pacua, & suorum agrorum fructus. Multò magis possunt habere greges ovium, &c. ut lac, lanam, fructus vendant. Conducere tamen alienos agros, ut fructus vendant, eis non sit negotiatio[n], etiā tamen iſdem prohibitum ex iſdem cauſis in Concilio Carthaginensi I. & IV. ut refertur in c. 21. q. 3. c. 1. idemque eſit, si greges alienos conducerent in hunc finem, ut lanam, lac, caseum venderent, & quidem turpis lucri gratia; sed si verba cap. 1. (quod Palae inscribitur) ponderentur, multa circumstantiae interveniente debent. Placeret referre textum, ut appearat, quo Zelotum temporis Ecclesia Clerum coœruerit. [Pecunia in sanctam Synodus, quia de eis qui in Clero connumerantur quidam propter turpis lucri gratiam alienarum possessionum conducentes, & seculares causas suscipiunt: & scipios quidem à ministerio Sanctis per defidiam separant, ad domum autem secularium concurrent, & substantiarum eorum gubernationes avitam causa suscipiunt. Decretivit S. Synodus, neminem deinceps eorum, hoc est, non Episcopum, sive Clericum, aut Monachum conducer possit, aut militer seculares procurationibus: nisi forte qui legibus ad minorum atrarum tutelas sive procurations inexculcables attenantur: aut cui ipsius civitatis Episcopis Ecclesiasticis rerum commisit, gubernacula: vel Orphanorum aut viudarum, que indefensae sunt, aut carum personarum, que maxime Ecclesiastico indigenat, administriculo propter timorem Dei. Si quis vero transgressus fuerit huc statuta, correctioni Ecclesiastice subjaceat.]

284. Referte quoque hic placet, quod in Societatis nostra Congreg. 7. c. 84. habentur. Cū postulatum effet, quanam effent illa, quia Negotiationis speciem habent, à quibus nostri iuxta can. 25. Congregationis. 2. abstinere iubentur: Censuit Congregatio, varia illa esse,

neque omnia recenseri posse. Inter alia tamen numerari haec posse. 1. Conducere agros alienos, ut ex illis locrum & quylum facias. Non tamen habere speciem negotiationis, eos conducere ad pradiorum nostrorum administrationem, vel animalium nostrorum sustentationem. 2. Emere aliqua, ut nostra pollea industrīa carius vendantur. Emere tamen animalia ad pradiorum nostrorum pascua consumenda, que pollea dividantur, non confundit negotiationis speciem habere: sicut nec emere que putantur usibus nostrorum necessaria, que superflui postea vendantur. 3. Typographi sumptus pro edendis nostrorum libris suppeditare, exemplaque damno lucroque nostro dividenda accipere. Quæ res licet absolu[n]e negotiatio[n]is Clericis interdicta non sit, nostris tamen videat omnino interdicenda, nec nisi gravissimas ob causas à P. N. permittenda. 4. Typographiam in Collegiis habere, in qua libri excusi externi dividantur. In utraque tamen India, partibusque Septentrionalibus pro libris pis, & ad Religionem spectantibus, Scholastique nostram, cum vel Typographi defant, vel Catholicī defint, iudicio P. Nostrī rem totam committendum censuit.]

285. Q UÆRITUR 4. An falso licitum sit Clericis per alium negotiari, dando illi pecunias, quæ unā cum luis adhibeat ad lucrum negotiatione querendum. R. cum communi Theologorum, hoc non fore contra leges Ecclesiasticas, si negotiationis cura & labor ita alteri commitatur, ut Clericus nihil impeditur à suo ministerio, & scandalum abfici celante enim fine legis celat obligatio Legis. Ceterum, monent iſdem Theologi, non debere hoc fieri nisi urgente gravi & iusta causa.

Unde à fortiori infertur, licere Clericis & Religiosis negotiationem urgente necessitate: qualem putat Molina esse illorum Religiorum, qui in Brasiliaca regione attendunt ad conversionem Gentilium, & qui rebus variis indigent ex Hispania adportandis, nec tamen habent ibi pecunias, nec pecunias mittere possunt idoneas, unde necesse est, mittentes merces, que in Hispania vendantur, & ex pecunias teneat, emanatur. Colligitur hoc ipsum ex cap. 8. de Decimis, ubi Monachi conductos habent agros, nec tamen habere prohibentur, sed decimas solvere jubentur. Imo in Concilio Elibirino cap. 19. permittitur Clericis in necessitate negotiari per se intra Provinciam, per alios extra. Ratio est, quia lex humana non debet in tali casu obligare, quando res ex natura sua non est inchoata. Vnde non solum ob propriam necessitatem, sed etiam papilli vidua, alteriusque persona miserabilis, ut alii relatis tra-

sit Palao l.c. & Mocina d. 342.

## CAPUT



## CAPUT II.

## DE CONTRACTU CENSUALI, SEU REDITUUM ANNUORUM.

**C**ontractus Censualis est certa species Emporionis, & ideo post Emporionem in genere explicatum tractandum. Hæc species non erat in usu, cum Ius Civile condensaret, sed postmodum inventa, & quia in ea veritate poterat periculum Usurpe, hinc factum est; ut ab Ecclesiastico Iure Regulas aciperet, secundum quas exexamindava. Porro, ex isto Contractu seu mutua duorum conventione, nascitur in uno IUS, quod vocatur Census, & in altero obligatio aliquod solvendi singulis annis, quod etiam solet vocari Census. sed ad cavendam equivocationem, Jus exigendi vocabitur Centus Actuus, & resolvenda vocabitur Census Passivus, vel anni reditus. sicut in 2. tract. distinximus Jus Actuum à Iure Passivo.

## CONTROVERSIA I.

## Quid sit Census, prout hoc loco disputatur, &amp; quotuplex.

## SUMMARIUM.

**V**aria acceptiones Censūs. 286. Definitio Censūs hoc loco disputandi. 287. Differētia inter Censūm & Emphyteūsin. 288. An valeat Pactum Commissoriū Censū adiectum. 289.

Aliud disserit inter Censūm & Emphyteūsin. 290.

Differētia Censūs in Reservatūm & Consignatūm. 291.

Censūs Reservatū cur possit pactū commissoriū apponi. eod.

Subdivisio Censūs consignatī in Ratalem & Personalem. 292.

An pertinet re censū, pereat censū realis. 293.

Seres censū translat ad tertium possessorem, an competat Censuistæ actio. eod.

Si Censūs constitutus sit in tribus prædiis ad dideros pertinentes, an possint singuli conveniri pro integro Censū. eod.

Subdivisio Censūs consignatī in Fructuarium, & Pecuniarium. 294.

Subdivisio in Censū certū, & incertū. eod. Subdivisio in Temporale & Perpetuum. eod. Si in Contratu nihil est expressum, an sit Redimibilis, qualis sit presumendus. 295.

An Census debet numerari inter bona immobilia.

296.

286. **V**aria sunt acceptiones Censūs: aliquando enim Census est assimilatio patrimonii, in hunc finem facta, ut inde annum tributum solvatur, de quo censu exstat titulus 15. libri 5. Digestorum, & ejus discussio pertinet ad Ius Publicum. Aliquando sumitur pro Tributo solvendo in recognitionem Subjectionis, Iurisdictionisve alterius. Omitto alias acceptiones, quæ minus sunt in usu.

287. Census hoc loco est Jus percipiendi annam pensionem ex re vel persona alterius. Qui tale Jus habet, vocatur Censuista, qui vero pensionem debet, vocatur Censarius, qui in hoc Contractu est Venditor, quia vendit Censuista Ius exigendi annum pensionem. Communitet vocari solet alter Creditor, alter Debitor, & est modus loquendi expeditus.

Porro, si pensione debetur ex aliqua re, v.g. ex fundo, dominium tam directū, quam utile est in Censū, & non penes Censuistam, & non penes Censarium, & non penes Censuistam, & non penes Censarium, ubi Dominum directū manet penes illum cui penio debetur. Hec ergo differentia exprimitur per particularē. Alterius.

288. Aliud adhuc notabilis differentia est inter Censū & Emphyteūsin, quæ tamen in definitione non exprimitur. Nempe, quod quando Emphyteūta biennio (si sit Ecclesiast. vel triennio si sit laicū) non solvit Canonem, incidat in commissum, & emitatque uile dominium, quod ad Proprietatū revertitur: non item si Censarius non solvit: manet enim Dominus, ut antea, & solum tenetur solvere pensiones extantes. arg. cap. 6. de Religio. domib. in fin. ibi. [C]um autem nec insolitum sit, nec novum ut cum Episcopi Ecclesiæ concelestant prius locis, aliquid sibi referent in eis nomine pensionis, &c. Oeconomum Monasterii vesti Oeconomō

## Tractatus X. Caput II.

conomo Episcopi Ecclesia nomine in solutio-  
nem pensionis, & restitucionem subtrahit à qua-  
draginta annis per defitivam sententiam con-  
demnamus.]

289. QUÆRITUR, an valeat Pactum  
Communiorum Censui adjectum. n. 2. Hujus  
dubit resolutionem pendere ex intelligentia di-  
scriminis inter Contractum seu Censum config-  
nativum (de quo procedit maximè prefestation-  
atio) & Censem reservarivm, & priori non  
potest adjici, bene tamen posteriori, ut consta-  
bit.

290. Tertium discrimen inter Emphyteu-  
sin & Censem est, quod Emphyteuta non possit  
irrequisito Domino vendere rem Emphyteuti-  
cam, & cùm etiam cum consensu vendita debeat  
solvere laudem. Censuanus autem potest  
rem censu satis etiam vendere irrequisito Domino  
ita ut (cum hoc onere transferat ad Empyterum) nec  
ex prezzo tenuerit solvere aliquod laudem.

Ex quibus pater, Censem esse Censuari  
magis favorabilem, quam Emphyteutam Emphy-  
teutam; & hinc contra quosdam refutavit P. Molina  
d. 381, quod in dubio sit potius judicandus  
contractus suis censualis, quam Emphyteuticus,  
quia melior est conditio possidentis, quando  
ex circumstantia aliud non potest,  
qualis circumstantia est, si in tali loco longe  
frequenter est Emphyteutis, quam Censis.

291. Dividitur ergo Censis in Reserva-  
tivum, & Consignativum. Reservativus est,  
qualem instituit Joseph in Ægypto, quando pra-  
dia cœminutatio tritici comparata, postmodum  
funditus restituit, annua in illis pensione confi-  
ta. Estergo Reservativus, quando quis suum  
fundum pleno Domini lure in alium transfert,  
referat sibi annua pensione ex eodem fundo.  
In quo contractu nulla intervenit emptio, aut  
venditio, sed potius est contractus innominatus  
De iure, ad Permutatio, de qua loquitur lex  
ultima. C. der. perm. [Ea]lege rebus donatis  
Candido, ut quod placuerat, menstruum seu  
annum tibi praescribat, hujusmodi conventio  
no nisi paci nomine censetur, sed rebus propriis  
dicta legis substantia munatur, ad implendum  
tibi placitum (sic ut postulas) praescriptis verbis  
competit actio.]

Census consignativus est, cum quis con-  
tractu aliquo alteri constituti ac designati jus ex-  
ire sua redditus annos persintendi. Porro  
quia frequenter solet hujusmodi jus emi-  
pecunia, de hac ratione constitueri maximè  
hoc loco agitur, quia est species Empionis,  
quando v.g. 1000. fl. emo jus persintendi an-  
num ex tuo fundo 10. scaphas frumenti  
Dixi supra, consignativo non posse adjici  
pactum communiorum, hoc est, quo censuari  
non soluta pensione amittat dominum rei ex  
qua census debetur, bene tamen censi reservar-

tivo. Discriminatio est, quia in priore casu  
censuaria non transfert dominium rei, sed dat  
preium longe minus quam valeat res censita:  
ergo est iniquum imponi pactum amittenda  
rei ob pensionem non solutam. E contra in  
posteriori casu Censuaria spoliat se dominio  
rei sua: ergo potest spoliare limitare, & cum re-  
strictione, seu conditione recipendi, si pactum  
solvendi censu non servetur, sicut sit in Em-  
phyteusi. Quodsi priore etiam casu pretium  
adquerat rem censitam (quod tamen fieri non  
solet) nihil obstat, quominus hujusmodi pa-  
ctum etiam sustineretur, ut alii relatis docet  
Psalto puncto 24. §. 5. n. 4.

292. Subdividitur census consignativus  
i. Realem & Personalem. Realis est, qui  
constituitur in re certa (sive ea sit una seu plu-  
res) ex qua penitus solvenda sit, v.g. in tuo agro,  
vinea, domo, &c. Dicitur realis, quia comi-  
tatum rem ipsam, ad quemcunque possessorum  
illa pervenient, quandom non ab hoc onere li-  
beratur, seu redimatur, sicut servitus. Person-  
alis est, qui fundatur & constitutur in certa per-  
sona, obligante se ad annum pensionem, ab eo  
respectu ad certam aliquam rem ex qua penitus  
solvatur: unde rem ipsam nullam comitatu:  
quamvis fieri solet, ut securitatis gratia aliquando  
constitutur hypotheca super re certa:  
hinc tamen non evadit census realis, nec perit  
perenne re hypothecata: in modo non est necessaria,  
ut ex re hypothecata solvatur penitus, nisi quan-  
do aliunde obtineri non potest. In tali ergo  
casu sunt duo contractus, alius census, alius pi-  
gnoris, & potest unus ab alio separari.

Inter censem realem & personalem, est  
primum discrimen iam insinuatum, quod cen-  
sus personalis non percat perente re hypothecata  
in securitate censu, percat tamen census  
realis perente re, in qua census est fundatus &  
constitutus. Quodsi persona, in qua consti-  
tuens est census personalis, redderetur impotens  
solvere censem, & bona hypothecata alteri aliena-  
sister, ex talis hypothecata tamen census exigi posset. Unde census personalis cum hypo-  
theca constitutus est quodammodo mixtus, &  
evadit quasi realis in casu quo persona census  
non haberet alia bona, unde censem solvere  
possit.

Hanc explicationem census personalis cum  
hypotheca conjuncti, oportebat ex communione DD.  
adverte contra Covarruviam, qui plane cum  
reali censu confundit, quatenus tradit, quod  
quando census realis super certis praedictis colla-  
tetur, praedita illa solum habeant rationem hypo-  
thecæ, tamen non servet omnes regulas alio-  
rum pignorum & hypothecarum. Hoc inquam  
à Covarruvia male assiterunt, & contra Iura, que  
nullibi talem irregularē hypothecam admittunt; & Covarruvias ex hoc suo fundamento  
deducit, falsa ex falso.

293. De-

## Contr. I. Quid &amp; quotuplex Census.

293. Deducit, inquam. 1. quod per-  
ceunte re censita, non hoc ipso percat census realis,  
sed censuarius maneat obligatus, heredésque  
ilius ad solvendum censum. Contrarium di-  
cendum est, nempe debitorum à censu liberari,  
sicut enim perceunte fundo serviente perit ser-  
vitus, ita perceunte re censita perit census realis,  
ut constat ex Bulla Pii V. infra referenda. & eti-  
am ex extravag. commun. Mart. V. & Calixti  
III. de empt. & vend.

Doceat Covarruvias. 2. Si res, in qua cen-  
sus realis est collocatus, transferat ad terrum po-  
sselforem, etiam non sit haeres venditores seu  
censtuarii, competere nihilominus censuaria ad  
versus illum actionem, ut ex re censita censum  
solvat, tunc debitorum census ex eo prædio re-  
cognoscatur, nihil prius exigendo a venditore  
censu seu priore censuatu aut hereditibus illius,  
& in hoc vult Covarruvias hanc hy pothecam  
esse irregularem. Nam in aliis hypothecis  
ad alium possessorum devolutis, prius execu-  
ficienda est in bonis debitoris principali & si-  
dejusmodum illius. Ceterum, ex hoc ipso di-  
scrimine apparet, Covarruviam sibi confinxisse  
novam speciem hypothecæ in re censita, vi cui-  
jus in arbitrio creditoris seu censuaria sit, an  
velut immediate convenire novum possessorum,  
vel venditorem. Hoc, inquam, falsum est, nam  
solum novum possessorum potest convenire,  
non item venditorem, nisi res censita evince-  
retur, quo casu teneretur de evictione, ut patet  
ex dictis præced. cap.

Doceat Covarr. 3. Si census 100. aureorum  
v.g. constitutus sit in tribus praedius, que ad  
tres diversos possessores pertinuerunt, non posse  
singulos possessores conveniri pro integro censu,  
neque cogi ut singuli debitum integrum censu  
recognoscant, sed solum posse conveniri, pro  
parte, & cum proportione censu secundum va-  
lorum cuiusque praedii, comparando cum reliquis  
praedii. In quo iterum est irregularis hac hy-  
potheca: nam in aliis hypothecis aliter se res  
habet. De hoc tamen est magna controversia  
intra tractanda. Et quidem si vera est do-  
ctrina Covarruviae, inde potius inferatur, in  
re censita non esse afferendam hypothecam,  
quam agnosceret tam degenerem.

294. Subdividitur census consignativus  
2. In fructarium, nempe in jus exigendi fru-  
ctus, v.g. vinum, frumentum, &c. & in pecunia-  
rium, nempe jus exigendi pecunias. v.g. Si  
centum florens etiam quinque annos ex  
agro tuo vel pecoribus solvendos. Utterque  
iste.

Subdividatur 3. in Censem quoad quan-  
titatem rei solvenda Certum, & Incertum. Cer-  
tus ille dicitur, in quo certa quantitas designatur,  
& in pactum deducitur, v.g. decem scaphæ:

quinque floreni. Incertus est, in quo aliqua pars  
proportionata, seu aliquota designatur: v.g.  
tertia pars fructuum nasciturorum, aut valor co-  
rum.

Subdividitur 4. In Perpetuum ac Tem-  
poralem. Perpetuus iterum subdividitur in Re-  
dimibilem & Irredimibilem. Redimibilis, vel  
est ex parte folius Venditoris, ut illi licet restitu-  
tio pretio censum redimere, & se ab obliga-  
tione liberare: vel est etiam ex parte Emptoris, ut  
ei licet resignato censu premium reperire. Vo-  
caturque Census utrinque redimibilis. Irredi-  
mibilis est, cui nullum redimendi pactum adjici-  
tur: quavis mutuo consensu possit utique re-  
dimiri & disolvit. Temporalis aliquando est ad  
tempus definitum, v.g. ad 10. annos, aliquando  
ad tempus indefinitum, v.g. ad tempus vita, &  
dictrit Vitalitus. Verum, iste plenumque est  
reservativus, vel non distinguuntur à Vitalitio, de  
quo adum in Appendice ad Contractum Em-  
phyteuticum.

295. QUÆRITUR 1. Si in Contra-  
ctu nihil est expressum, an sit, vel non sit redimi-  
bilis, qualis presumatur. Redimibilis volunt  
præsumit Petrus Binsfeldius alioque, quos sequi-  
tur Salas dub. 35. n. 4.

Verior tamen & communior est sententia,  
quod irredimibilis præsumendus sit, nisi aliud ex  
circumstantiis colligatur. Ita Covarr. Gomez,  
& alii, quos referunt, & sequuntur Lugo f.s. n. 7.  
& Palao p. 3. n. 10. Ratio definiunt ex dictis  
de Contractu Emptionis, ubi dictum est, quod  
quando pactum retrovendendi non adjicatur,  
non præsumatur subintellecūm suis. Atqui  
Constitutio censu consignativi est Emplio ven-  
ditio. Ergo pactum redimendi non subintelli-  
gitur, sed est exprimendum.

Objiciunt 1. Irredimibilitas in Censu est  
odiosa: ergo non debet præsumi, nisi probetur.  
Respondeo, sicut est odiosa Venditor, ita est  
odiosa Emptori; ergo sicut uni versum in aliis  
venditionibus non subintelligitur pactum redi-  
mendi, ita nec hic. Alter responderet Card. de  
Lugo, quia magis suspectus fuit census redimi-  
bilis, propter periculum utere latens, quam  
census irredimibilis, in quo nullum talis pericu-  
lum est, quia ubi fors nunquam est reddenda,  
non est locus mutuo.

Objicit Salas 2. In dubio melior est con-  
ditio possidentis: arqui Venditor possidet. ergo  
in illius favorem judicandus est census esse redi-  
mibilis. 3. Equivocationem esse palpabilem.  
Est quidem Venditor Censu Possessor rei, in  
qua constitutus est census, sed non est possessor  
illius rei, quam vendidit, nempe Iuri exigendi  
pensionem: hujus enim possessor est Creditor,  
seu Censuaria: ergo pro illo judicandum est,  
quod possidat tanquam plenus Dominus, & li-  
ne onere retrovendendi. Quodsi Salas voluit  
dicere,

## Tractatus X. Caput II.

dicere, Venditorem esse Possessorum sue libertatis, & potestatis redimendi, per manifeste principium, hoc enim est, de quo disputamus, & nos negamus de Venditore, ac asservimus de Emptore, qui presumendus est, postulero Ius cum plena libertate, quamdiu non probatur habere obligationem retrovendendi.

295. QUÆRITUR. An census debeat numerari inter bona immobilia, an inter mobilia, in ordine ad effectus, quos iura statuunt diversos in rebus mobilibus & immobilibus, ut pater ex dictis de prescript. Non est autem dubium de rebus quia solvantur, v. g. fructibus, pecunia, &c. Hæc enim unique sunt res mobiles, sed dubium procedit de iure percipendi. Aliqui fine discrimine inter perpetuum & temporalem quemcunque etiam ad breve tempus volunt esse inter immobilia numerandam. Verior tamen & communis sententia distinguunt inter temporalem ad longum, & ad breve tempus, hoc est minus decennio, & de priore concedit, de posteriore negat pertinere ad genus rerum immobilium, loquendo de Iure communi, quidquid sit de consuetudine quendam Civitatum Germaniarum, de quibus testatur Gail lib. 2. obs. 10. receptum illis esse, ut onus census redimibilis inter mobilia numerantur. Ratio est desumenda à patre locationis, qui si fiat ad longum tempus, haberet pro alienatione, secis si ad breve tempus: ergo pariter Ius exigendi redditus per longum tempus est adnumerandum rebus immobilibus, non item Ius percipiendi ad modicum tempus: & cum hac restrictione volunt esse intelligenda verba Clementina Exixi. de V. S. ubi §. cumque anni de Fratribus Minoribus sic loquitur Pontifex. [Cumque anni, redditus inter immobilius censeatur à lore, ac hujusmodi redditus obtinere paupertati & malediciti repugnet, non dubitatio est, quod predicti fratres redditus quoque sanguine, sicut & possessiones, vel carum etiam ultum, cum eis non reperiatur concessus, recipere vel habere conditione considerata ipsorum, non licet.]

## CONTROVERSIA II.

Qualiter sit licitum, emere Censum Realem.

## SUMMARIUM.

*Eferitur Bulla Pii V. 297.*

Colligitur inde non esse illicitam Emptionem Census. eod.

Quâ ratione excusat à labe usura. 298. & seq. Defensio & Responso Card. de Lugo. 300.

Difficilis est ejus doctrina. 301.

Verior Responso & excusatio. 302.

Responso argumenti contrarii. 303.

Alterius argumenti solutio. 304.

297. Gravis dubitandi ratio fuit, ob quam videbat Henrico quod lib. 8. q. 23. & quibusdam aliis in tali Emptione Usuram committi, quam dubitandi causam postea proponebat. Verum dubium omne sublatum est Pontificis Constitutionibus Martini V. Calixti III. Nicolai V. & Pii V. ubi censum emptio cum certis conditionibus licita probatur. Quarum Constitutionum ultima est referenda, in qua praescribitur forma & conditiones observanda, ac deinceps examinanda. Est autem constitutio hæc seu Bulla Pii V. in ordine octuaginta edita Anno 1568. & sic habet.

Cum onus Apostolice servitutis obeuntes cognoverimus, innumeros celebratos suis, & indies celebrari censum contractus, qui neminem non continentur intra limites à nostris Antecessoribus eisdem contractibus statutos, verum etiam quod dexterius est, contrariis omnino passionibus, propriea ardente avaritia stimulum, legum etiam divinorum manifestum contemptum praefecerunt, non potius animatum, prout tenetur, saluti consulentes, ac placitum mentium petitionibus etiam satisfacientes, tam gravi morbo, latenterque veneno salutari antidoto non mederi.

Hac igitur nostra Constitutione statutus, Censum seu anuum redditum creari, constitutive nullo modo posse, nisi in re mobilis, aut que pro immobili habetur, de sui natura fructifera, & qua nominatio certis finibus designata sit.

Rursum, nisi verò in pecunia numerata, praesertim testibus, ac Notario, & in actu celebrationis instrumenti, non autem prius, recepto integro, justoq; pterio.

Solutions, quas vulgo anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci prohibemus.

Conventions direcè aut indirecè obligantes ad casus fortuitos cum, qui alias ex natura Contractus non tenetur, nullo modo valete volumus.

Quemadmodum nec pactum auferens, aut restringens facultatem alienandi rem censi superioram, quia volumus rem ipsam semper & liberare, ac sine solutione laudem, seu quinquefima, aut alterius quantitat; vel rei tam inter vivos, quam in ultima voluntate alienari.

Ubi autem vendenda sit, volumus Domum censum alii omnibus preferri, eique de numerari conditiones, quibus vendenda sit, & per mensum expectari.

Pacta, continentia motosum Censui debitorum, teneri ad interestes luci celiantis, vel ad Cambium seu certas expensas, aut certa salario, seu expensas, medio juramento Creditoris liquandas, aut rem censi subjectam, sive aliquam ejus

## Contr. II. De licita Emptione Censūs.

ejus partem amittere, aut aliud Ius ex eodem contractu, sive aliunde quæsitus perdere, aut in aliquam peccatum cadere, ex toto irrita sint & nulla.

Imò & Censem augeri, & novum creari super eadem vel alia re in favorem ejusdem, aut persona per eum supposita, pro censibus temporis, vel præteritis, vel futuri, omnino prohibemus. Sicut etiam annuimus pacis continua solutions onerum ad eum spectare, ad quem alias de lute, & ex natura contractus non spectarent.

Postrem, census omnes in futurum creandos non solùm in totum, vel pro parte perempti, aut infructuosā in toto, vel pro parte efficiā, volumus ad ratam perire, sed etiam posse pro eodem pretio extingui. Non obstante longissimi etiam temporis, ac immemorabili, imò censum, ac plurimi annorum præscriptione, non obstantibus aliquibus pacis directè aut indirecè tales facultatem auferentibus, quibuscumque verbis, aut clausulis concepta sit.

Cum verò traditione pretii redditus extingendus erit, volumus per bimestre ante id denuntiari ei, cui precium dandum erit, & post denuntiam, intra annum tamē, etiam ab invito pretium repeti posse, & ubi pretium nec volunt intra bimestris solvatur, nec ab invito intra annum exigatur, volumus nihilominus quandocumque redditum extingui posse, pravā tamē semper denuntiā, de qua supra, & non obstantibus his, de quibus supra, idque obseruari mandamus, etiam quod plures ac plurie denuntiantur suiles, nec unquam effectus securus fuisse.

Pacta etiam continentia pretium censū ex tra calum predictū, ab invito, aut ob peccatum, aut ob aliā causā repeti posse, omnino prohibemus. Contractusque sub alia forma post has celebrandoz facerentios judicamus.

Et ita illis propter ea non obstantibus, quidquid vel exprimit vel tacit contra hæc nostra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, à hisco volumus posse vindicari. Hanc autem satisficeram fandonem nedium in censi noviter creando, verum etiam in creato quocunque tempore alienando, modò posse publicationem constitutions creatus in perpetuo & in omnibus servari volumus.

Declarantes, pretium semel Censiū contum, nunquam posse ob temporum, aut conuahentium qualitatē, seu aliū accidens, nec quoq; ultimo contahentes minui vel augeri.

Et licet legem ipsam ad contractus jam celebraz non extendamus, illos tamen omnes in quos sub alia forma pervenient censū, horum in Domino, ut singulos contractus Censū, et bonorum Religioforum subijciant, & animatum saluti confulant. Non obstantibus quibuscumque, &c.

Christ. Hann. de Just. Tom. IV.

Ex hac Constitutione concludunt DD. non esse ex natura rei illicitam emptionem Censūs. Est tamen respondendum ad Fundamentum Henrici, & quorundam aliorum, qui putant, non posse à labe usure excusari.

298. Fundamentum adversariorum est hoc. Malitia usura consistit in eo, quod venditor pecunia praefixa pro majori summa in futurum reddenda: ergo pro pretio excedente valorem rei venditæ, atq; hoc videtur fieri in Emptione de Venditione censūs, ergo est usuria. Minor declaratur. Dare hodie 100, ut accipias in singulos annos 5, nihil aliud esse videtur, quam mutare hunc 100, solvenda per partes les solutiones intra 20. annos, & de cetero singulis annis accipias quinque in lucrum. Quodsi Census sit redimibilis, idem sequitur, nam venditor ultra ea quod singulis annis solvit, reddet totam summam & premium totum pro quo vendidebat: ergo prior habet plus quam dedit.

299. Confirmatur. Ubi inter rem eiusam & pretium est manifesta inæqualitas, est censū manifesta iniustitia, sive ea vocetur usura, sive non. atq; in Emptione censū intervenit hujusmodi inæqualitas: ergo contractus est iniustus. Minor probatur. Nam 100. florens estimonoh solūm centum solvendos intra 20. annos, sed ultra & ultra in perpetuum. Quod si dicas te vendere econtra Censuatio dilationem temporis, in hoc sane consistit usura.

Ad hoc fundamentum dissolvendum aliqui dixerunt, in contradictu censūs irreducibilis interveniente duos contractus. Primus est, quo tibi vendo domum vel fundum, in quo constitutus censūs, pro 100. statim solvendis, ita ut fundus statim mihi cedat in Emphyteusin, referato tibi lute annua pensionis: & hoc posteriorē pacto justificari priorem contractum emptoris, quo adeo vili pretio emili rem multo majoris valoris: nam pretium dcrevit ex obligacione dandi rem emptam in Emphyteusin pro tam modica pensione. Hoc totum potest cum proportione applicari Censiū redimibili. Ita Albonoz 3. de Contractibus iii. 2. quem pro suo merito, hoc est, irreverentia erga Bullas Pontificias, castigat P. Salas dub. 2. n. 6.

Hac solutio facile rejicitur: quia supponit falsum, neimpē quod Emporū censūs sit Dominiū directus fundi censualis, & venditor solūm dominium nile habeat.

Contrarium enī confit ex eo, quod Censūs possit fundum censualem vendere irrequisito Censuā, quod non solutis pensionibus, seu censibus non amittat dominium fundi utile, quod eo vendito nullum solvar laudem: qua omnia aliter se habent in Emphyteuta, ut patet ex dictis in proprio loco. Item ex doctrina haec sequetur, quod non possit super eodem

## Tractatus X. Capit. I.

fundo postea constitui aliis secundus Census, quia non potest dominum direcū amplius alii vendi.

Responderunt ergo alii 2. In censu non emi premium ipsum, sed fructus pradii: qui fructus postea communiantur in pecuniam, & Censum, solvendum secundum estimacionem bonae fidei factam fructuum futurorum. Hæc tamen responsio relinquit in suo robore totam difficultatem: tedit enim argumentum in fructibus, ut considerant patet.

300. Cardinalis Lugo respondet n. 30. Emporem emere partem illiusfructus talis pradii, sicut quo census constituit, ita ut dominium totum directio pradii maneat apud venditorem, dominium tamen utile, seu lus usus fructus ex parte venditoris, quod lus partiale, seu dominium utile partiale, non valet quantum valeret totum pradium, sed multo minus, ut constat, & ideo si totum predium posset 1000, non emi, poterit dominium utile partiale, seu lus usus fructus partialis justè 300. emi, quo prelio acquirit. Empor partem dominii usus: postea venditorem contrahit, qui in placita etiam continetur in ipsa constitutione census realis, convenienter contractantes, ut pro spē fructuum, quos empor speraret posset ex illo dominio utili, obligat se venditor ad solvendam talem pensionem annuam pecuniariam: qui contractus etiam licitus est, cum spes illa fructuum, attento periculo, & spes, possit prudenter estimari: & hoc modo reducitur prior contractus ab obligatione solvendi tantum pensionem annuam, quæ venditor redimit usumfructum partiale pradii, quem vendidit, manente tamen pradio ipso realiter obligato permodum hypothecat ab solutionem pensionum promissarum, & quod Empor non sit contractus obligationi personali debitoris, sed velit obligationem etiam, & hypothecam realem ad securitatem majoris sui debeti. Ita Lugo.

301. Nescio, an hæc responsio placitura sit lorenconfusis. Imprimis, quod supponit, ususfructuario competere dominium utile, non est in sensu proprio verum, nec enim Ususfructarius habet Rei Vindicationem, sicut habet Emphytenta & Vafallus ob dominum utile. Deinde quod dicitur, in sensu emi partiale usumfructuum, etiam est falsum, & ab omnium aliorum sensu alienum: tum quia ususfructus constitutus ad tempus vix, & mortuo fructuario confidatur cum proprietate, quod in sensu non est, ejus lus transmittitur ad heredes. Deinde Ususfructarius incombis rei fructuarie, cuius substantiam debet salvare tueri, & fructus ipse colligere, nihil hujusmodi reperitur in Censualista. Denique quod addicatur, usumfructum emptum iterum vendi pro pensionibus solvendis, ita ut predium in hypothecarum, confundit censem personalem, seu mixtum cum sensu parre te-

nit, & hunc omnia tollit, quia in sensu reali non est hypothecatum ( strictè loquendo ) bonum censum, sed habet onus reali & immediata obligacionem, ita ut eo pereante pereat sensus, cum tamen hypotheca pereante non pereat debitu: ut precedente controversia ex communione DD. declaratum est. Omitto alia que huic nisi subtili Responsioni objici possent.

302. Communis ergo, & verissimum soluto sum superioris indicata, est, quod in Contractu censu ematu lus percipiendi fructus, aut pecuniam ex re fructifera. Et licet hoc lus sit ad fructus in tempore indeterminatum, & sic fieri possit, ut tandem longè plus recipiat, quam premium fuerit, estimatio tamen horum fructuum recipit limitationem ex multis capitibus, maximè ob permissum amittendit censem re pereante, aut in fructuosa redditus, &c. alioquin nec possent emi alii servitutes perpetuas utilitatem afferentes.

Hanc communite responsionem reperiens vult Lugo n. 19. quia, inquit, emere lus ad pensiones a Venditore successive recipiendas, nihil aliud est, quam emere ipsas pensiones: sic dominus non aliter emittit, quam emendo lus ad dominum. Hac tamen impugnatio facile repellitur non enim dicimus emi lus personale, sicut emittit, quando emittit dominus, ut patet dictus præced. cap. de contractu empionis, & inde ex hoc fundamento dicam paulo post, non esse licitum censem purè personale, prout docet ipse Lugo n. 15. Emittit ergo lus realis, ut patet ex dictis, & patebit magis ex dicendis, & sic evanescit tota Luginos impugnatio.

303. Præterea argumentum ad versariosum ipsiis adversariis solvendum est, quia nimis probat, ut etiam bene ostendit Lugo n. 16. & ideo rector queri potest in alium rerum empionem à nemine improbata. Nam qui emit dominum pro 100. fl. & eam locat ad plures annos, recipiet denique plus quam fuerit premium, quia emit usum illius in perpetuum: id est in empione agri fructiferi. Omnibus ergo facendum est, quod id est fructus successivè percipiendi longè plus valerent, quam fuerit premium, quo ager emptus fuit, si illi fructus simul existerent, quia tamen non existunt simul, sed successivè sperandi sunt, hæc spes affecta tot periculis & incommodis, in estimatione prudentum non valet plus quam tale premium, quod vel inde patet, quod lape vix inventianum est. Empres, quia non agnoscam magnum emolumenatum: idem ergo de luce ad annuas pensiones dicendum est. Experiencia enim docet, facilius deficit etiam irredimibilis sensus, quam fundos.

304. Aliud adversariorum argumentum refert & optimè solvit Lugo n. 21. Ex censibus hujusmodi, inquit, oriuntur eadem male, que ex usus, v. g. quod Empores ex alieno labore vivant in otio, sine proprio labore: impedire exercitum charitatis, dum indigenti, pecunias mutui

## Contr. III. De Censu personali.

mutuus divites inducere nolunt, sed maluant censum. Vnde Venditores depauperantur, gravando sua bona annuis censibus. Totum argumentum rectorque in elocutione ædium, vel prædiorum Emporum, ut considerant pater. Non est ergo in hoc vicium usura, sed in eo, si accipiat plus quam datum est, eo modo, quo id explicui in materia de Usuris. tract. 9. cap. 3.

## CONTROVERSIA III.

## An sit licitus Census Personalis.

## SUMMARIUM.

Censum Personalem esse licitum, ab auctoritate probabile est. *op. 305.*

Negativa est verior. *cod.*  
Si in casu liciti censis debitor non haberet, vnde solvere censem, extingueretur censem, nec posset inferiuntur agi. *cod.*

Si pensiones solvenda omnes simul sumptus non excederent premium, nulla esset usura, sed beneficium. *306.*  
An idem dicendum de censi temporali. *308.*

305. Prima sententia affirmat, ex natura rei licitum esse hujusmodi censem: quamvis facientur, luce positivo, ob allatum Bullam Pij V. non esse licitum, si quidem Bulla illa sit recepta. Ita plures, quo affertunt, & sequuntur Salas, Dicabillos, Palao. Et hæc sententia est utique ob auctoritatem probabilis, si tamet AA. in eo sensu censem personali licitum esse voluerint, in quo quæcumque potest habere locum, & non potius in aliquo sensu, in quo res caret difficultate, suppositis illis, per quæ duximus, agentes de Marus & Usura, exculpati contractum ab usura, quando plus accipitur, quam datum est.

Secunda ergo sententia est negativa, & speculativè loquendo verior: quamvis in prædictis pensionibus, nec debitor habeat illa bona, possit creditor debitorum sibi in servum proprium afftere: nam tali casu potius debitum cessaret, & extingueretur, saltem sub conditione, nisi ad meliora fortunam pervenerit debitor, ut pluribus iuribus cautum est. *l. 12. C. de oblig. &c. 307.* ob alios alienum servire liberos creditoribus lura compelli non patiuntur. & alibi passim.

Adverso 1. Non posse esse questionem de censi personali tali, ut casu, quo nec pensiones solvantur, nec debitor habeat illa bona, possit creditor debitorum sibi in servum proprium afftere: nam tali casu potius debitum cessaret, & extingueretur, saltem sub conditione, nisi ad meliora fortunam pervenerit debitor, ut pluribus iuribus cautum est. *l. 12. C. de oblig. &c. 308.* ob alios alienum servire liberos creditoribus lura compelli non patiuntur. & alibi passim.

Christ. Haun. de Inst. Tom. IV.

306. Adverso 2. Non esse questionem de emptione censu personalis, cuius omnes pensiones simul sumptus non excederent premium solutum, in quo casu non solùm nulla offeritur, sed potius beneficium ab Empatore exhibitum, qui simul dare, quod successivè reciperet. Est autem commodius dare successivè, quam simul.

Adverso 3. In presenti questione seponendos esse omnes illorum titulos excusantes ab usurpa ratione alicuius ultra fortem, ut lucrum cessans, damnum emergens, periculum foris, ejusdem foris assecratio, &c. quos recenti, & examinati in tract. de Usura.

Quæsito ergo solùm superest, an census mere personalis, cuius premium non adæquat cumulum pensionum, licitè ematur de Iure naturæ, quando absunt omnes tituli excusantes illum ex censu ab usura: & hoc videtur esse negandum.

Probatur autem aliterio ex fundamento superioris indicato. Qui emet v. g. 150. fl. solvendos successivè, nec tamen majus premium dare quam 100. fl. ita ut per 30. annos singulis annis solvendis efficiat 5. Si omnis alius titulus abilit, omnes fatentur fore usuram, quia non est aquitas inter premium & rem empar: & ob hanc causam suprà dictum est, quod quando emittit censem realis, non emant ipsi fructus collectivi, seu cumulus omnium fructuum percipiendorum, & per modum unius consideratorum, sed emi lus realis, quod non stimatur, nisi 100. fl. Subsumo: atque emens censem merè personalem, emit ipsas pensiones successivè solvendas per modum unius cumuli consideratas: ergo si ille cumulus excedit premium, est iniquitas, & usura. Minor probatur. Emere lus ad accipendum equum, est formalissime idem, ac emere ipsum equum, ut fatentur omnes, & patet ex dictis de contractu empionis: solùm enim ex vi emptionis datur actio personalis, & Empatori non competit lus in re, sed lus ad rem solùm. Atque emens censem personalem emit solummodo lus ad pensiones, & nullum lus realis: ergo formalissime emit ipsas pensiones, quæ simul in unum computata & tandem soluta excedent premium.

307. Obiciunt. Potest alius suâ ponte & ex mera liberalitate se obligare ad pensionem annuali alteri solvendam. Ergo poterit talen obligationem vendere. *g. 308. Distinguon conseqvens:* potest eam vendere forvaria aequalitate, v. g. ut per decem annos solvatur summa accepta, concedo non observata aequalitate, nego. In venditione ergo aequalitas attendenda est, & intentio ad eam est referrita: in donatione non interveniunt duo termini, inter quos debeat observari aequalitas.

308. Quod dictum est de censi personali perpetuo, siue si sit irredimibilis sive redimibilis, idem dicendum est cum iisdem Auctoribus etiam de censi personali temporali ad tempus certum.

## CONTROVERSIA IV.

*An posit census venditus redimi minori pretio, quam quo venditus est, ab ipso venditore, consentiente creditore.*

## SUMMARIUM.

*Robabilior est sententia affirmans, ex natura rei posse ex consensu creditoris redimi censum minori pretio, quam quo venditus est. 310.*  
Sed quid dicendum, attenâ Bullâ Pii V. 311.

Et sane Auctores, qui contrarium tenere videntur, tandem in hoc relabuntur, ut se fundent in uno ex hujusmodi titulis, ut bene ad vertit Lugo n. 34. in fine. Paret ex eo, quod facerant non posse emi pensiones excedentes solvendas intra paucos annos, v. g. si quis 100. Fl. emeret, ut per 4. annos singulis solverentur 30. Fl. quia in tali casu non minus valere conseretur (vel certè non multò minus) 120. Fl. quād valerent, si simul solverentur. Requirunt ergo annos plures v. g. 9. 10. &c. quia inquinat, iam morosa seu dilata & tarda solutio minuit valorem totius summae quem haberet, si simul solveretur. Atquin non apparet, cur minueret, nisi recuratur ad dannum emergens, aut luctum celsans, aut aliud titulum.

Dixi, hoc procedere de censu temporali ad tempus certum. Aliud est dicendum de censu temporali, etiam personali ad tempus incertum, v. g. ad vitam emptoris vel venditoris, ut haber communis sententia contra paucos. Ratio est, quia empio censuum ad tempus incertum, quod aquæ faciliter afferre damnum ac lucrum emptori, sit exposta fortuna, sicut ludus, aut jactus reis: aqui talis spes mixta cum tali periculo potest certo pretio estimari: ergo valebit talis empio census personalis.

Objiciens. Huiusmodi contractus præbet ansam infidandi vita alterius. g. Exeo non sequi, quod iure nature sit nullus, præfertur cum non sit propinquum periculum: aliquin non valerent ultimæ voluntates favorables, & quæ innoverant illi, in cuius favore sunt.

309. Ex dictis defendi potest cum Lugone & Salas contractus quidam cum improbat Comitibus lib. 3. c. 24. Petrus enim ab Andrea 100. fl. censum 5. fl. annuorum ad tempus vita sue & sua filii, hoc tamen adjecto pacto, ut si Petrus aut filia incidenter in gravem necessitatem, & exigent reddi sibi pretium, nempe 100. teneretur reddere. Ratio est. Quia intuitu illius oneris, quod Andreas subit reddendi pro cau necessitate pretiam, augetur pretium emptionis, cum solùm emanetur quinque annui pro 100. ad duas vitas, quo pretio posset Petrus emere censum realem perpetuum redimibilem, quem etiam in graviore necessitate constitutus posset vendere alteri tertio eodem pretio.



## CONTROVERSIA IV.

## Contr. V. Quid Iuris, si læsio facta.

Per hoc autem utique non est ablata creditori potestas cedendi & renunciandi pacto præcedenti in suum favorem adjecto; quando jam illi desinit esse favorable, quia manu retrovendere minori pretio censum, quam restare.

311. Major dissensio est inter DD. quid licet inspectâ Bullâ Pii V. nam plurimi putant, quod quidem majori pretio possint vendi quād ab initio venditi sint, (nempe quia pretium in favorem venditorum taxatum est, ac proinde illud augere non est prohibitum) sed non minor. In Bullâ enim expressè dicitur, quod conditions in Bullâ præscriptæ observanda sint in censibus quibuscumque post illam legem creandas, quoquocum tempore postea alienentur, atque condicione ibi posita est, ut pretium census remel constitutum, nunquam, ob temporum aut contrahentium qualitatem, seu alius accidens, neque quoad ultimum contrahentes minui possit, vel augeri. Ob hanc causam multi graves DD. negant, alii non pauciores affirment: alii distinctiones adhibent, quas recitat Lugo n. 50. ubi etiam AA. videri possunt.

312. Lugoni placet eorum sententia, qui dicunt, Bullam solùm prohibere variationem pretii quoad primos contrahentes, & eorum successores (quos fortè Bulla appellat ultimum contrahentes) inter quos vult tempore servari idem pretium. Ego, salvo aliorum judicio, cuncto solùm prohibe illam variationem, quae esset gravis primo venditori, non autem quae per retrovenditionem illi esset favorabilis: nam hoc calu non est periculum usura, sicut non est, si pretium augetur: & hæc mihi videatur esse mens P. Lellii n. 45. Et Lugo testatur, etiam Roma emi minori pretio census, postquam ex accidenti difficultores redditum sunt.

## CONTROVERSIA V.

*Quid juris competat Persona læsa in emptione censu infra vel supra justum pretium.*

## SUMMARIUM.

*Robabilior est sententia negans esse solvendas pensiones respondentes pretio non soluto in emptione censu, sed satis effi solvatur defectus pretii cum interesse. 314.*

*Quid si pretium fuit maius justo pretio, ad quid sensu revidetur. 315.*

315. QUARITUR. Si censu justum pretium fuit, v. g. 1000. fl. & emit Petrus à Paulo 800. perceperique fructus seu pensiones annuas 50. fl. per 4 annos, an teneatur

Paulo non solùm solvere & restituere defectum pretii, nempe 200. fl. (una cum interesse ratione damni emergentis aut lucri cessantis, si quod intervenit) sed insuper teneatur restituere illam partem pensionum, quæ respondet 200. Flores non solvus, & quam per 4. annos percepit, semper 40. fl. Affirmat P. Molina d. 390. n. 3. item Binsfeldius, Covarruvias, Baldius, Ant. Gomez & alii plures, quos affert & sequitur Salas. Et illi sententia valde probabilis.

314. Speculativè tamen loquendo, probabilior & etiam in præsenti secura est sententia, negans esse obligationem restituendi pensiones. Ita docet post alios Lessius dub. 15. loquendo de calu quo pretium non est à lega taxatum, ad eum quod contractus non fuit irritus sed validus, sicur valent alia emptiones pretio non justo. Et. Eadem sententiam tenet Lugo s. 3. n. 54. Probatur hac sententia à paritate emptionis prædi: nam emptor non teneretur restituere fructus perceptos, sed solùm supplere justum pretium & interesse. Atqui emptio censu est emptio Iuris in re ad fructus percipiendos: Ergo idem dicendum est: nam licet emptor non fiat propriè Dominus rei censu subjecte, ut habeat rei vindicationem, in ordine tamen ad fructus est instar domini, quia habet pinguius ius, quād hypothecarius in hypotheca, ut patet ex supra dictis, ex quo fundamento solvitur fundamentum contraria sententie.

315. Q. UÆRITUR jam 2. & econtra, si pretium fuit maius justo pretio, adeoque emptor lasus fuit, ad quid teneatur venditor. Et responderet consequenter ad præcedentia, nempe quid si venditor prædi non teneat nisi ad restitendum pretii excessum (cum interesse) ita neque venditor censu, adeoque sicut venditor prædi nihil debet restituere ratione fructuum, quos emptor percipere potuerit ex alio prædio valente illud maius pretium, ita nec venditor censu teneatur ad pensiones illas solvendas, quæ potuerint respondere excessui pretii.

Contra dicta objici posset. Empor (in priori casu) tenetur in conscientia resarcire totum damnum venditori in jure illatum ratione pretii diminuti. Atqui hujus damni pars una est solutio pensionum majorum, quam merebatur illud pretium: ergo etiam pensionum excessus restituendus est. Respondeat Card. de Lugo n. 57. negando lequelam: quid enim venditor tantas pensiones solvet, non procedit ex iniustitia & diminutione pretii accepiti, quia æquales pensiones solvet, si totum pensionum justum receperit, & per consequens totum illud damnum circa pensiones incurrit: et cum ergo damnum in hoc solo consistat, quod pretium justum integrum non accepit: ergo si hoc modo accipiat, una cum interesse, habet omne id, quod haberet, si illud statim ab

ab initio accepister. Quando ergo dicitur (inquit Lugo) hoc dominum pensionum excepsivis, sum sicutum fuisse ex iusta emptione, distinguendum est: sequitur enim damnum illud ex emptione talis census praeceps propter abstrahit a justa & iusta: Ex iustitia autem circa diminutionem pretii committit nullo modo sequitur damnum pensionum solutum, cum eadem pensiones soluta sunt, si ab initio premium justum datum fuerit: quare ex iustitia praeceps sicutum fuisse damnum carendi pretio integrum per aliquod tempus, quae dilatio si fuit damnata, venire compendenda sub nomine *In iurisse*. Totum hoc paucis verbis dixerat Pater Lessius: [Quia] venditor non est fraudator ex eo quod emptor pensiones percepit, ut que ipsi erant debitis ex valido contractu sed quod justum premium non fuerit ei personatum.]

## CONTROVERSTIA VI.

*Quenam Conditions, vigore Bullae Pij V. observanda sint in constitutione census.*

## SUMMARIUM.

*A*n constitutio Pii V. sit ubique recepta, & pro recepta habenda. 316.

*In omnes conditions in bulla requisita sint substantiales.* 317.

*An pro discrimine in omni censu confiundo conditions debeant intervenire, ut valeat.* 319.

**E**X Bullis Pontificum sup. allegatis colligitur, variis conditiones requiri, ut valeat empiricenus, que patulo pto ordine examinabuntur, quo sensu & rigore requirantur. Nunc adverto, Patrum punto 15. n. 1. enumerato solum 7. conditions, verum confitabit eas plures esse.

316. **QUÆRITUR** autem contra omnia, an haec Constitutiones Pontificiae, preferent novissima Pii V. sit ubique recepta, & pro recepta habenda. Graves AA. volunt esse ubique recepta & obligatoria habendam, quos refert Palao p. 15. & Lugo testatur, ita obserbati in sacra Rota Romana, ubi Iudices non admittunt exceptionem de non recepta, vel abrogata prædicta Bulla. Non esse ubique receptam, nec obligatoriam, nisi quatenus recepta est, quoad conditions illas, que non sunt juris naturalis aut divini, tradunt non pauciores DD. prefetissim RR. ex juristis Salcedo, Diaz Emanuel, Gutierrez, Lafarte, Felicianus de Solis, Gasp. Rodriguez, Gomes junior, Salas. Et bi quidem de Hispania loquuntur, idque probant ex eo, quod Rex Phi-

lippe II. supplicaverit Pontifici, quam supplicationem Pontificis non repulit, nec observationem ulcerius urxit: quod sufficit, ut lex non obliget. De aliis vero provinciis, ut de Belgio, Gallia, Germania & Sicilia, testatur id ipsum Lessius c. 22. dub. 13. in quibus proinde vim obligandi non habet. Nam omnes convenire debent (inquit Lugo) quod ubi prædicta Bulla ex censu sicutem interpretatio. Summi Pontificis non est recepta, vel quoad aliqua est per ultimam contrarium legitimè abrogata, non obliget nisi quoad conditions jure naturae requisitas, vel quoad eas que recepta sunt.

317. **Q UÆRITUR** 2. An omnes conditions in Bulla requisita sint substantiales, ita ut etiam in foro conscientia contractus census sit nullus, ex defectu cuiuscumque conditio-

nis assignetur. Negant cum pluribus alii P. Mor-

lina d. 392. addéunt, si modo fuerint obserbatae

conditions jure naturae requisitas, in foro con-

scientiae habendus sit pro valido, quamdiu per

judicis sententiam non declaratur nullus. Ratio

horum AA. est, quia lex requirens hujusmodi

solennitates, v. gr. testes, notarium, scripturam,

&c. fundatur in presumptione fraudis & usurae:

ergo si contrahentibus contrari, nullam fraudem

intervenire, poterunt bona conscientia contra-

cum servare, & emptos pensiones recipere.

Hanc sententiam vocat probabilem etiam Bo-

nacina in fine questionis. 4. de censibus.

318. **D**ICENDUM tamen est, cum

aliis, quos sequitur idem Bonacina, Lugo, Palao,

omnes habendas esse pro substantialibus, quia

requiruntur ad formam contractus, ergo de illis

philosophandam est, sicut de solennitatibus re-

quisitis ad valorem testamenti, de quibus suo lo-

co actum est. Itaque non fundatur illa lex in

presumptione fallibili, fraudis forte intervenientis,

in quibus particulari casu, sed in presump-

tione mortales infallibili multarum

fraudum & usuriarum, quae fierent, nisi tales

contractus penitus annularentur: sicut Clande-

stium matrimonium nullum est legum, non fundata in presumptione fraudis in casu parti-

culari, sed fraudum plurium eventura-

rum, si non penitus annularetur talis con-

tractus, aliquo hujusmodi leges sunt

elutorum, & effectum quem intendunt, non

obtinent.

319. **Q**uarti potest 3. An sine discrimi-

ne in omni censu confiundo conditions de-

beant intervenire, ut valeat. 3. Solum in il-

lis, in quibus contractus est unicus onerosus,

& ut iuris loquuntur, negotiorum seu sy-

nallagma continens, nam in his solis est perci-

sum usus, non in illis qui titulo lucrativo

constituantur, ut donationes, & testamento.

Dixi supra, examinandas esse conditions

requisitas in Bulla Pii V. Nam licet alii Pon-

tifici

## Contr. VI. De conditionibus requisitis.

111

tices etiam de quibusdam conditionibus egrediunt, eorum tamen intentio fuit, illas conditiones explicare, quae illis erant tanquam dubia propositis, & quas declararunt esse licitas, per quod non definiabant, eas esse necessarias. Hujusmodi conditiones octo recente Lessius n. 75. Veniamus ergo ad Conditiones à Pio V. requisitas in Bulla sopra recitatas.

## §. I.

*Census est in re immobili, vel que pro immobili habetur, certa, & fru-*

*etaria, constituenta.*

## SUMMARIUM.

**I**N prima conditione requiritur, ut in re immobili constituantur census, adquæ reprobant census per sonans tam purus quam mixtus. 320.

*An possit census in censu constitui?* 320.

*Census in re immobili annumeratur immobilius, eod.*

*Quo sensu debet census constitui in re censu & determinata?* 321.

*An sufficiat, sem esse frugifera per accidentem, & ex mera honesta industria, eod.*

*Vitrum pensione solvende sint integre etiam illis annis*

*quibus non adequantur a fructibus.* 322. & seqq.

*An census debet constitui in re factis illorum fructuorum?* 323.

*An census debet constitui in re factis illorum fructuorum?* 324.

*An quis possit alteri vendere censem ex non sua, consentiente tamén domino.* 325.

**P**er hanc conditionem reprobatur census

Perfonalis tam purus quam mixtus cum hypothesi conjuncta: quia super dixi probabi-

litus ipso jure naturae esse illicitum, si cum in-

lis pensionum solvendis excedit pretium sum-

marum, nec aliunde excedut ab usura.

Ex eo quod possit census constitui in re

qua immobilius annumeratur, controversi-

tur, in hujusmodi sit census ipse, seu ius censu-

le, ad coquendam Peter habens ius census in fun-

do Panis posit in hoc jure suo constitui & ven-

dere Sempronio censem alium, ita ut census in

censu constituantur. Negant hoc posse fieri Mo-

linanus, Vega. Alii quos refert & sequitur Salas,

affirmant. Hos AA. concilii Card. de Lugo

affert, imprimis posse in censu redimibili ali-

um censem constitui nam censu irredimibili

indubitate inter immobiliū computatur. In

censo autem redimibiliū solidū poterit con-

stitui, schijs reflexi censis venditor se obliga-

et, ex quo prior censu redimatur, quod velit cen-

sus constitui super alia te immobiliū fru-

ctaria. Postea tamen P. Dicastilio n. 8. quod

etiam valeret absque substitutione alterius

ref, ita tamē ut redempto censu à primo venditore extinguetur censu censu superimpositus.

Quod autem jus census ex re immobili percepientia, an numeretur censu immobilius (scilicet quam alia debita fundata in censu mobiliis) habetur in Clement. Exi. de partibus. clausum annū redditus. de P. S. lbi. Clausum annū redditus inter immobilia constanter & fore, &c. Quem textum jam supra ad aliud intentum rectum.

Objiciunt aliqui. Censu ipse non est res frugifera: ergo non potest in censu constitui aliis census. Respondez Azor, satis est, quod medie fundent in re frugifera. Melius respondet P. Dicastilio negando minorem. Nam ius exigendi pensiones uide quod est frugiferum, cum ferant pensiones.

Circa id quod dicitur, debet rem esse certam & determinata, seu certis signis, designata.

321. **Quares, qualiter censum voluerit** Pontifex excludere per has particulas. g. 1.

Non voluisse excludere constitutionem census super rebus pluribus, modicille exiliant, & sint determinata, nam quatenus fundant omnia ius, possunt dici una res, sicut possunt dici unum patrimonium, una hereditatem, &c. g. 2.

Pontifex voluisse excludere censum constitutum in omnibus alienis persone bonis presentibus & futuris: nam hujusmodi constitutione aliquo modo faciet, ut ipsa persona obligaretur in eam, quo praefixa omnia bona perserent, quia adhuc obligarentur ad solvendum censem ex bonis acquirendis. g. 3. Voluisse Pontificem etiam excludere constitutionem census in bonis omnibus praefatis censuris seu venditoris, non designando aut enumerando res singulas, e modo quo solent enumerandi & designari quando venduntur aut locantur. Ratio erat, quia in hujusmodi generalibus terminis potest timeri periculum palliandi censem personalem, g. 4.

Non censur tamē prohibitus census super te determinata constitutus, ita tamē ut pro maiore securitate cetera bona inde terminatae & terminis generalibus hypothecarentur in eum finem, ut re evicta possit creditor ex reliquo bonis consequi interest.

Addit Lugo, etiam in eum finem servitam hujusmodi hypothecam, ut re determinata fore non ferente sufficientes fructus ex anno, possit creditor ex ceteris bonis consequi fructus, de quo dubito, & contrarium videatur supponere Molina.

Circa illud quodd census constitundus sit in re frugifera, quati potest, an sufficiat, esse

finis